452 [= 211] Campagnae in medio foro BARB. Hodie in curia. In actis tabularii Neapolitani (Reg. X p. 624) d. 16 Febr. 1813 additur: *'La tradizione di Campagna pretende, che fu trasportata dal distrutto Casale della Dogana di Vaglietta che si dice abbia fatto parte dell' antica Campagna'*.

N · A H I V S ·
S V C C E S S V S ·
A V G V S T A L I S ·
pyramis? N V C E R I A E · lepus?
MARCIAE · MEROE ·
COIVGI · ET · SIBI ·
CVM · QVA · VIXIT ·
ANNIS · LIII ·

Codex Barberinus 30, 92 f. 21; Nicolaus de Nigris *istoria della città di Campagna* 1691 p. 156; Maurus apud d'Orvillium Sic. p. 599; dedit Ios. Augelluzzi Eburensis descriptam a canonico Alexandro Guerriero. Henzen 7091 ex ed. 1.

Vv. recte diviserunt Barb. Maur. Guerr. — 1 N·ANIVS Maur., M (om. AHIVS) Nigr. — 4 NVCVRIAE Nigr. — 5 MEROAE Barb. Nigr. — 6 CONIVGI Maur. — 8 AN Nigr.

---

453 [= 190] litteris ssaec. tertii quartive. Rep. Olevani in crypta S. Michaelis Archangeli ad latus altaris, cui tamen extruendo non inservierat; est ibi in vico Ariano penes parochum.

IO · SPL · EQ · ROM · P · C · M
R · II · DATO · EX · INDVLGENTIA · N
*bu*XENTINORVM · VELIENSIVM · V
ENTIBVS · SVIS · A · SOLO · EX///
ECVNIA . RESTITVIT · ET
· CVM · STERILITAS · AN*NO*
NONARIAE · ADIVV*IT*
ISTRIBVIT · OB · QV*AM*
////IOOIONNM////

Descripsi indicatam a medico Eburino Iosepho Augelluzzi, qui vidit paullo pleniorem.

Quae non vidi, dedi inclinatis.

---

454 [= 99] ab altera parte est n. 450. Rep. Eboli *nella contrada Scardalana*, cum facta est via Paestana AVG. Nunc Eboli penes Antonium Romanum.

M · MARCI
ANTIOCH
M · MARC
H · M *h. n. s.*

Descripsi. Augelluzzi ms.

455 [= 191] Olevani prope Eboli in vico Monticelli penes Ianuarium de Sio.

E · ANNOR · III
A L L V S T I O
O · VIRO

Descripsi. Augelluzzi ms.

XXIII. BLANDA IVLIA (ad Marateam).

Blanda ubi fuerit, satis accurate determinat itinerarium supra p. 12 propositum; nam in ora maris Tyrrhenici post Cerillas, quae adhuc extant sub antiquo nomine, mansiones sequuntur Lavinium et Blanda, ut haec a Cerillis distet m. p. XXIV. Similiter Mela 2, 4, 69 oram legens Blandam collocat inter Clampetiam (prope Amanteam) et Buxentum (Policastro). Denique Gregorius papa in epistula 2, 43 scribens ad episcopum de Acropoli, quae urbs etiamnunc antiquum nomen retinet sita a meridie Paesti, tanquam vicinas ei nominat ecclesias Velinam Buxentinam Blandanam. Nec refragatur Ptolemaeus 3, 1, 70 Blandam collocans in Lucania mediterranea; nam potest similiter atque Petelia prope oram, intus tamen sita fuisse. At Plinius h. n. 3, 5, 72 sine dubio erravit Blandam Bruttiis adsignans tamquam sitam a meridie fluvii Lai. Bello Hannibalico a. u. c. 540 Blanda Lucanorum a Romanis vi expugnata est (Liv. 24, 20); Iuliam dictam fuisse coloniamque eo ductam esse (nam fuit sub duoviris) nunc demum docuit titulus n. 125. Ad eam rettuli titulos perpaucos olim descriptos ad vicos a meridie Marateae Tortora et Ajeta.

456 in oppido Turture [intellegitur Tortora Calabriae a meridie Marateae].

COMINIAE · DAMIANETI
QVE · VIXIT · AN · XXI · D · L
ET · COMINIAE · OLYMPIADI
CONIVGI · BIVE
BIVIVS · AMPLIATVS · FECIT
INCOMPARAVILI

Filonardianus liber f. 95.

Versus continuantur.

457 in oppido Turture.

. . . LIVI
. . . P SVB D VIII
. . . IND · III · FL
. . . D V C CONS

Filonardianus liber f. 95.

Versus non separantur, indicantur tamen hiatus.

458 in abbatia Ayete.

IN DD · ET · SPIRITO · SANTO · IVLIANO
EPP · S / QVI VIXIT · NNIS · L · MENSIBVS
III · D · II · FELICIANE · COIVGI · BENE
MERENTI · CVM · FILIS · SVIS · BENE
MERENTI · FECIT . IVLIANO · IN PACE

Filonardianus liber f. 101.

Versus continuantur. — 2 post S littera periit charta ibi hiante.